



Hieronymus ille à teneris annis operam lité-  
ris dedit, & primis literarum fundamentis in  
patria fœliciter iactis, sese ad studiorum Gymna-  
sia contulit, & magna assiduitate Philosophiæ  
præclaram operam nauauit. Itaque factum ut re-  
rum naturalium magnam notitiam sibi compara-  
rit, atque inter doctos honesto loco extiterit. Scrl  
plis rationalis & moralis Philosophiæ epitomē,  
atque Anno reparatæ salutis humanæ millesimo  
quingentesimo tricesimo ædидit. Postea quoque  
in Aristotelis libros octo Physicorum, libros qua-  
tuor de Cœlo, libros duos de Generatione, libros  
quatuor Meteororum, & libros tres de Anima  
scholia proposuit, atque hos omnes in compendium redegit, quò facilius à  
Physices studio sis cognosci possent. Hinc contigit ut Hieronymus suis  
lucubrationibus omnibus doctis innotuerit, atque ob raras ani-  
mi uirtutes cunctis gratissimus extiterit, Con.  
Lycosth,